

## 120. ARCHIDOXIS THEOPHR: LIB. V.

te. Eadem ratione omne id quod Comestibile est in sanguinem vertitur per artem sicut in corpore per naturam. De huiusmodi sanguine nos orationem nostram prolixius non extendemus, cum sciamus nullam nos ab omnibus gratiam ralatueros, nisi à nostram persona. Quiescemos igitur hic et dormiemus interea, ut iucundo tandem cum insomnio expergiscamur. Ut verò de his generibus Sanguinis dicamus, tantum quilibet potest in sua virtute, quantum habet virtutis. Ex bono namque multum boni promanat, quod nobis semper expensum est. Neque solùm de Sanguine Comestibili loquimur, sed etiam de Sanguine potabilium, quæ & quæ corporibus nostris sanguinem gerant et præhent. Possunt autem optimè, et Quinta essentia, et etiam veluti Archana quædam ex Sanguine extrahi, cuius nos mentionem non facimus, sed tantum de Magisterijs orationem instituimus, quam hoc modo concludimus.

Recipe huius Sanguinis, pone in Pellicanum in Balneum, et permitte reascendere, donec tertia pars vitri pellicani, totum pellicanum impletat. Quilibet enim sanguis in sua rectificatione dilatatus secundum quantitatem, et non secundum pondus. Hoc autem transacto tempore rectifica per Balneum,